

44
vinum sic qđ infunditur simul pluribus. nec vide-
tur. corporeum aut. quod & videtur a singulis
& tenetur. Sed quemadmodum sanctificans angelos.
dominationes & potestates. non habet consortium
creaturę. Siqui autem putant. non esse spiritalem in
angelis sanctitatem. sed aliam quandam gratiã
sue proprię naturę. hi inferiores profecto angelos.
hominib. iudicabunt; Cum enim & ipsi fateantur.
quod spiritui sancto angelos conferre non audeant. nec
possint negare. quod hominib. infundatur spiritus sanctus.
sanctificatio aut spiritus. donum munusq. diuinum sit. Inue-
nientur utiq. homines. qui meliorem sanctificatione
habent. angelis preferendi. Sed cum angeli homi-
nib. in adiumento descendant. Intellegendum est
quod creatura quidem superior angelorum sit.
que plus recipit gratię spiritualis. eiusdem tamen & er-
ga nos & illos munus auctoris sit; Quanta autem est
gratia. que premium angelorum. & iam inferiore
creaturam humane conditionis exęquat. sicut
dominus ipse promisit dicens. Eratis sicut angeli in
celis. Nec difficile. Qui enim illos angelos fecit